

154/b  
✓  
THESES DE DEO TRINO.  
Quemadmodum anima & corpus sunt  
vnus homo, ita Deus & homo sunt vnus  
Christus.

OCTAVA THESIS.  
Spiritus sanctus procedit ex Essen-  
tia Patris per amoris emanationem.

PROBATIO.  
Plotinus Ennea: sextæ lib. 8. cap. 16.  
Idem autem Deus intra se æquè per to-  
tum quasi penetret, tanquam seipsum a-  
mans, purâ lucem, ipse hoc ipsum quod  
amat existens, id est in hypostasim se pro-  
ducens.

Iehoualitas & Elohimitas recens na-  
ta sunt Debrecini, ideoq; veterum testi-  
fimonis destituuntur. non est Sacris

*ut hinc animi:*

*Biblior. hinc animi*

Ioannes Reuchlinus de verbo mirifico  
libro secundo: sic Essentiam Dei definit.

Essentiam Dei voco se perationem à rebus, &  
omnimodam in seipso clausionem, & extremam  
in remotissimo sua diuinitatis recessu, profundam  
de solitariam retractionem, penitissimè in abyso  
suarum tenebrarum se contegentem.

In hunc & de ea disere.

FINIS.

*Adi. Cæcum Seguntur  
Adi. ad hunc*

ANTITHESIS  
DOCTRINÆ  
CHRISTI ET  
ANTICHRISTI. DE  
VNO VERO DEO.

Scipsit Joannis Erasmus

Dani. II.

Deum quem non nouerunt patres eius, venerabi-  
tur auro & argento & lapidibus preciosis & re-  
bus desiderabilibus.

2. Thessal. 2.

Non veniet dies domini, nisi prius venerit defectio,  
& apparuerit homo illè sceleratus, sese opponens  
atque efferens aduersus omne quod dicitur Deus  
aut Numen, adeo ut in templo Dei tanquam Deus  
sedeat, præ se ferens se esse Deum.

Anno salutis 1585.





118

Christiano lectori salutem.

**I**Nter cætera argumenta quamplurima, quæ falsitatem articuli Trinitatis manifeste cogunt, non postremum locum tenent innumere contradictiones, quibus hoc dogma implicatur, dum non solum diuinis prophetarum & apostolorum scriptis aperte reclamatur, sed à seipso etiam dissentit, & in tetram contradictionis notam incurrit. Quia verò tantus est tot seculorum in approbando hoc dogmate consensus, sit ut eius vanitas ac inconstantia minus appareat. Existimaui igitur me rem gratam & multis nominibus incundam omnibus pijs facturum, si partem aliquam contradictionum huius dogmatis quasi in pugnium contraherem, ac velut in tabella spectandam proponerem, quò facilius de hoc argumenti genere iudicare possent. Quòd verò optima voluntate ac studio à me factum est, id spero bonos viros ac veritatis potius quàm multitudinis amantes in optimam partem interpretaturos. In primis hoc rogatos velim lectores (si qui sunt sui) ne abripi se quorundam maligna intempere patiatur, qui prius iudicari quàm audiri, damnari quàm de errore conuinci vellent omnes eos,



2/6  
nes eos, qui in controuersiam vocant dogma  
Trinitatis, eiusque legitimam cognitionem in  
luce aspectuque omnium fieri desiderant.  
Quin potius suspecti illis sint cum sua fide,  
qui malunt quaestionem sacram & e media  
religione petitam gladio & igni, quam placi-  
de conferendo & utramque partem legitti-  
me audiendo iudicari. Quemadmodum enim  
veritas sibi ipsi murus est aheneus, aduersus  
omnes qui ei aduersantur, nec alieno patro-  
cinio eget, ita ad odia ac similtates, ad dam-  
nationes ac carceres, denique ad gladium &  
rogum ij confugiunt, qui cum causa sua pa-  
rum fidant, aliunde quam ex Dei verbo pra-  
sidium petunt. Ab horum moribus alienissi-  
mos esse decet homines pios, ac Christi poti-  
us praecipis quam suis affectibus obsequen-  
tes. Qui vero ita sunt animis obstinati, ut ma-  
liat tyrannidis viam semel ingressam ad ex-  
tremum insistere, quam consilia saniora ac  
Christiano nomine digna amplecti, hi prope-  
diem suo malo experientur, Deum sua formi-  
dabili manu frenum iniecturum ipsorum vi-  
olentis machinationibus, ne controuersiae om-  
nium grauissimae cognitionem legitimam, eo  
quo haec tenus successu impedire possint.

Scriptum anno salutis 1585.

ANTITHESIS  
DOCTRINAE  
CHRISTI ET  
ANTICHRISTI, DE  
VNO VERO DEO.

Primum genus antitheseon, qui-  
bus docetur dogma Trinitatis to-  
to genere abhorrere a doctrina  
Christi & Apostolorum.

I. ANTITHESIS.

Deut. 6. Audi Isra-  
el, dominus deus no-  
ster, dominus vnus  
est.

1. Cor. 8. Scimus  
quod non sit Deus  
alius nisi vnus.

Haec fides est vete-  
ris & noui testamen-  
ti, hoc est, propheta-  
rum, Christi & apo-  
stolorum.

2

3



ANTITHESIS

stolorum. eternitatis, potentie ac maiestatis, idq; facit in vsitato dogmate Trinitatis, cuius & author est & patronus. Tam vero conuenit, vt Deus sit vnus & trinus, quam si quis contendat, Deum, & spiritum esse & corpus, & eternum & temporarium, & bonum & malum. Antichristi vocem, vt ceteros taceam, Athanasius sonat in celebri illo symbolo, cuius inter alia, hæc sunt verba: Fides catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & trinitatem in vnitatem veneremur. Huc quoque pertinet liber Hieronymi Zanchi de tribus Elohim, qui ipso titulo tres Deos profitetur, cum tres Elohim non aliud sint quam tres dij.

2. ANTITHESIS.

1. Corinth. 8. Nobis Ecclesia Antichristi solum vnus est Deus, nempe pater, ex quo omnia, & nos in illo Iohan. 17. Pater, hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. *hisce diuinis testibus a pertissimè reclamatione, imo vero quicumque solum patrem Iesu Christi agnoscunt vnum verum Deum, eos crudelissimè occidit.*

Hæc duo sunt testimonia longè clarissima, noui testamenti, quibus euidenter ac velut in specie declaratur, quis sit vnus ille Deus Israelis, quem Moses & prophetæ

CHRISTI ET ANTI-  
pheta veteris testamenti annunciant.

3. ANTITHESIS.

Iohan. 8. Christus Romanenses negant, ad Iudæos inquit: quem vos dicitis Deum vestrum esse, pater meus est. *patrem esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob, ac Deum trinitatem loco vnus patris collocant: quin sacrilegium committi putant, si quis solum patrem IESU Christi fatetur esse Deum Abraham, Isaac & Iacob.*

Acto. 3. Deus patrum nostrorum, deus Abraham, Isaac, & Iacob excitauit filium suum.

4. ANTITHESIS.

Col. 1. Christus est imago Dei inuisibilis. Christus est ipsemet Deus inuisibilis & ipsamet substantia Dei, inquit Romana Ecclesia. Heb. 1. Christus est splendor gloriæ Dei, & figura substantiæ eius. Ergo iuxta ipsorum theologiam, Deus ipsemet & imago Dei idem sunt, quæ tamen magis differunt, quam cælum à terra.

5. ANTITHESIS.

Luca 1. Christus vocatur filius altissimi, Deus igitur tum hic tum aliàs sepe dicitur altissimus: Christi Romanenses in suis idololatricis tēplis ficunt aut: Tu solus altissimus Iesu Christe. Hic Iesus cælum terræ mē-



4/6  
**A N T I T H E S I S**

ffus verò filius altif-  
 simi, altissimus nun-  
 quam.

scant, dum filium altif-  
 simi habent pro ipso al-  
 tissimo. Atqui filius cõ-  
 sulis non est ipse con-  
 sul, & Abel filius Adami non est ipse Adam: ita cum  
 scriptura Christum vocat altissimi filium, discrimen  
 permagnum statuit inter Christum & altissimum  
 Deum. Videmus igitur Antichristum ubiq; esse sui  
 similem, ac gloriæ altissimi Dei aduersarium. Ac  
 quemadmodum orbi Christiano innotescere cœpit  
 fucus, quem fecit in sanctis supra modum extollen-  
 dis, ad Christi gloriam obscurandam: ita tempus in-  
 stat, quo Christus non amplius ex præscripto conci-  
 liorum ac patrũ colatur pro vno illo altissimo deo,  
 sed pro mediatore apud Deum, quò vnus æterni  
 Dei ac patris maiestas non angelorum ac hominum  
 solum, sed ipsius etiam Christi sublimitatem longissi-  
 mè excedere intelligatur.

**6. A N T I T H E S I S.**

**I. Cor. 3.** Omnia  
 vestra sunt, vos au-  
 tem Christi, Christus  
 verò Dei.

Christus est eiusdem  
 essentiæ, maiestatis ac  
 gloriæ cum Deo, inquit  
 Pontificij. Negant  
 igitur Deum esse caput  
 Christi.

**I. Cor. II.** Velim  
 vos scire, caput mu-  
 lieris esse virum, ta-  
 put viri Christum, caput verò Christi  
 Deum.

**7. A N T I T H E S I S**

**C H R I S T I E T A N T I.**

**7. A N T I T H E S I S.**

**Col. 1.** Christus  
 est primogenitus o-  
 mnis creaturæ.

Christus est vnus il-  
 le æternus deus, clamat  
 Antichristus.

**Et Apoc. 3.** dici-  
 tur principium creaturarum Dei.

Quemadmodum autem primogenitus  
 fratrum est ex numero fratrum, & primo-  
 genitus filiorum est vnus ex filiis, & pri-  
 mogenita gregis sunt de grege **Gene. 4.**  
**4.** Et initium signorum Christi, est de li-  
 gnis Christi **Ioh. 2. 10.** Et Amalec initi-  
 um gentium, est ex numero gentium, ita  
 si Christus non est creatura Dei, quomo-  
 do verè dicetur primogenitus & initium  
 creaturarum Dei? Eò igitur nos ducit  
 scriptura vt statuamus Christum esse cre-  
 aturam ipsius Dei immediatè, at creato-  
 rem angelorum & hominum: Deus enim  
 mundum & quæcunque in eo sunt, per ip-  
 sum condidit. **Ioh. 1. Col. 1. Heb. 1.** Ita  
 Christus nec in solio vnus Dei colloca-  
 tur, neque in ordinem angelorum & ho-  
 minum redigitur, sed manet longè inferi-  
 or Deo, multò superior angelis & homi-  
 nibus, vtpotè ipsorum creator Deus &  
 dominus.

**8. A N T I T H E S I S**

a 5 **Ioh. 5.**



5/6

ANTITHESIS,

Ioh. 5. Quemadmodum pater habet vitam in sese, ita & filio dedit habere vitam in sese.

Ioh. 17. Pater, quos dedisti mihi, velim ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut conspiciant gloriam meam quam dedisti mihi.

9. ANTITHESIS

Rom. 16. Soli sapienti Deo sit gloria per Iesum Christum.

Marci 14. Pater omnia possibilia sunt tibi.

Hec testimonia tribuunt Deo ac patri summam sapientiam ac potentiam.

theologiam, quae ita Deum spoliat sua sapientia ac potentia, ut ad filium ablegat quoties sapientia ac potentia opus sit. Habet Deus suam potentiam ac sapientiam: habet & filius suam. Est in deo immensitas quaedam sapientiae & potentiae. Filius etiam tanta

Filius cum sit eiusdem eternitatis ac maiestatis cum Deo, nihil omnino accipit, nec vitam nec gloriam: à se habet omnia. Hic iterum, quod Christus affirmat, Antichristus negat.

Wolphgan: Musculus in Ioh. cap. 1. Deus sine Christo, nec sapiens est nec potens. Item, Deus Pater nihil potest facere sine filio suo, quemadmodum ignis non potest calefacere sine calore, & artifex nil potest sine sua sapientia. O miseram

CHRISTI ET ANTI.

tanta est sapientia ac potentia à Deo instructus, ut omnem angelorum & hominum captum longissime superet. Quemadmodum igitur Deus non est Christus, nec Christus est Deus, ita alia est sapientia dei, alia Christi. Nihilominus rectè dicitur Christus sapientia & potentia Dei, eò quod in Christo eiusque admirandis operibus fulgent radij quidam eius sapientiae ac potentiae, quae immediatè in ipso Deo residet.

10. ANTITHESIS.

Psal. 110. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sunt igitur duo domini, pater & filius: Pater est dominus filij, unde & Deus filij dicitur Eph. 1. at filius, creaturarum. Pater imperat filio, filius creaturis.

Athanasius in Symbolo: Pater & filius non sunt duo domini, sed unus dominus. Negat igitur Athanasius cum suis, patrem dominum dixisse Christo domino sede à dextris meis, quia cõtendit unum eundemque esse dominum patrem & Christum.

11. ANTITHESIS.

Eph. 3. Deus omnia condidit per Iesum Christum.

Heb. 1. Deus mundum condidit per filium,

Musculus in Ioh. cap. 1. Beza in confessione sua, & Zanchus in 3. Elohim, affirmant filium fuisse synergon ac cooperarium patris in con-

Ioh.



ANTITHESIS

Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum e. Deus igitur non ipsemet condit mundum immediatè, sed per filium, cui omnia dedit in manum, Ioh. 3. 35. hoc est, opera, tam creationis quam reparationis p ipsum exequitur, quanquam nihilominus omnia illa Deo ascribuntur in scriptura, utpotè qui primus est fons ex quo omnia, & cuius virtute ac mandato filius omnia facit. Pater igitur operatur, creat, redimit, iudicat, & filius itidem operatur, creat, redimit, iudicat, at non pari vterq; ratione: pater mediatè per filium,

dendo mundo. Ita detractum hunc gloriæ ac maiestatis Dei, dum cõtendunt ipsammet occupari rebus creandis, & quidè non solam, sed filio cooperantem. Deinde Christi quoque potentiam extenuat dum cooperarium patris faciunt, perinde ac si non sat virum à Deo accepisset ad mundum creandum absque ullius ope. Præterea miris tenebris involuunt scripturam, et phrasas loquendi toto cælo dissidentes confundunt. Quando enim scriptura dicit, Deum omnia condidisse per Iesum Christum, perinde accipiunt, ac si diceretur, Deum vnà cum Christo omnia condidisse. Vtinam verò theologorum natio, aliquanto diligentius expenderet

CHRISTI ET ANTI.

lium, filius immediatè per se. Pater velut supremus dictator suam voluntatem filio declarat, & quid fieri velit, ostendit: Filius patris voluntatem ac iussum potenter exequitur. Id clarè cernitur, ex 5. capite Iohannis, ubi Christus id quod antea in genere dixerat Pater meus operatur, & ego operor, postea distinguit inquiring: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quibus verbis exprimit modum omnium patris & filiorum operum, ne quis priora illa verba sic acciperet, ac si Pater & filius pari modo operentur. Quod verò Christus in vna

quid sibi velit scriptura cum affirmat, Deum hoc aut illud agere per Iesum Christum. Docet Paulus Rom. 2. Deum mundum iudicaturum Per Iesum Christum. Christus cum inquit Ioh. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, disertè explicat vim huius phrasas, ac docet, eodem sensu vtrunque dici: Deus iudicabit mundum per Iesum Christum, & Deus non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ita in re ipsa nihil esset difficultatis, modo tot seculorum ignorantia lucem diuinæ veritatis non extingueret. Imbibimus phrasas loquendi cõciliorum potius, quam Christi & apostolorum, non mi-

specie



ANTITHESIS

specie facit, transfe- rum igitur si scripturæ  
rendum est ad alias, vim ac proprietatem  
hoc modo: Pater nō ignoremus.  
resuscitat mortuos, sed resuscitationem  
mortuorum dedit filio: Pater non creat  
quicquam, sed omnem creationem dedit  
filio: Pater non redimit quenquam, sed  
totam redemptionem dedit filio: Pater  
non operatur quicquam, sed omnem ope-  
rationem dedit filio, & sic de cæteris.

12. ANTITHESIS

Ioh. 1. Deum ne- Pontificij contra as-  
mo vidit vnquam, v- serunt, Christum esse  
nigenitus filius, qui vnum illum verum De-  
est in sinu patris, ipse um, qui lucem inhabi-  
enarravit. tat inaccessam, & sic

Ioh. 6. Patrem ne- temerario ausu negant  
mo vidit, nisi is qui à Christum Iesum videre  
Deo est, is vidit pa- & audire Deum, &  
trem. ab eo mitti in mundū.

Ioh. 3. qui è celo ve- Si enim Christus ipse-  
nit, supra omnes est, met est vnus ille Deus,  
& quod vidit & au- falso dicitur Deum vi-  
diuit hoc testatur. disse & audiuisse & à

Ioh. 8. Ego à Deo Deo mitti, eiusque vo-  
exiui & veni, non e- luntatem mundo pate-  
nim à meipso veni, facere. Hac caligine,  
sed Deus me misit, qua Deus confunditur

Hæc

CHRISTI ET ANTI.

Hæc sacratissima cum eo quem misit, non  
scripturæ dicta tri- video quid tetrius esse  
buunt filio Dei vni- possit in religione Chri-  
genito hanc præro- stiana.  
gatiuam lōgē maximam, quod videlicet  
solus ad deum immediatē accedat ac eius  
familiari consuetudine ac præsentī aspe-  
ctu fruatur, cum angeli & homines lōgī-  
simè absint ab hoc propiore iatuitu diui-  
næ maiestatis, ac quicquid habent lucis  
ac cognitionis Dei, id omne à filio acci-  
piāt, qui id quod coram vidit & audiuit  
apud Deum, angelis & hominibus, pro  
ipsorum modulo, patefacit.

13. ANTITHESIS

Ephe. 4. Qui a- Christus quatenus est  
scendit, ipse etiam Dei filius, neq; descen-  
est qui descendit. dit de cælo neq; ascen-  
dit in cælum, sed sem-

Ioh. 16. Exiui à pa- per fuit, est & erit  
tre & veni in mun- in cælo & in terra &  
dum, iterum relin- vbique. Sic Antichri-  
quomundum & pro stus cum suis.

Ioh. 6. Hoc vos of- fendit? quid si videritis filium hominis  
ascendentem eò, vbi erat prius,

Hæc dicta clarè testantur, filium Dei  
verè de cælo descendisse, & peracto ope-  
re redem



ANTI THESIS

re redemptionis in caelum rediisse, alias male inuicem responderent, descendere & ascendere. Certè si non verè descendit, in dubium etiam veniet ascensio. Patet etiam ex hisce dictis, Christum non fuisse in caelis, cum in terris degeret, secus non dixisset, se eò rediturum vbi antea erat.

14. ANTI THESIS.

Ioh. 8. Christus inquit: non habeo daem<sup>on</sup>ium, sed honoro patrem meum, & Ioh. 8. Pater qui me misit, mecum est, & non relinquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper. Christus secundum pontificios, eiusdem est cū Deo patre maiestatis, potentiae ac gloriae. Negant igitur Deum honorari à Christo. Vbi enim par est maiestas & aequalis gloria, excluditur obedientia & honor inferioris erga superiorem.

15. ANTI THESIS.

1. Tim. 2. Vnus est Deus & vnus mediator Dei & hominū, Iesus Christus.

1. Ioh. 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum.

Theologorum schola sic: Vni vero Deo reconciliati sumus per mediatorem: est vero vnus ille Deus, Pater, filius & spiritus sanctus. Ita scilicet Christum abdicant ab officio mediato

Rom.

CHRISTI ET ANTI.

Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Hæc dicta, ingens discrimen faciunt inter ipsum Deum, & inter mediatorem apud Deum; *Nullum in negotio Salutaris*

ris apud Deum, eo ipso quod constituunt eum loco vnus Dei: quæ enim insania esset dicere christum esse, & vnum illum Deum, & mediatorem apud Deum.

16. ANTI THESIS.

Marci 16. De die illa & hora illa, nemo nouit, non Angeli, ac ne filius quidem, sed solus Pater.

Romana ecclesia contra statuit, filium æquè nouisse diem & horam extremi iudicij atque patrem.

17. ANTI THESIS.

Ioh. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

Augustinus, & quicumque trinum Deum colunt: opera trinitatis ad extra sunt indiuisa inquit, & pariter fiunt à patre, filio & spiritu sancto.

Cum mundi iudicium sit opus ad extra, sequitur de illorum sententia, non datum esse filio omne iudicium, quod tamen Christus disertè confirmat, & patrem simul iudicare, quod Christus aperte negat. Hæc sane non minus inter se pugnant, quàm nigrum & album, ignis & aqua, lux & tenebra.

18. ANTI THESIS.

*negas negando Carnaliter sentis: sic sentiendo in*

*merito quia duas*  
*Diuinam quæ est omnia & humana*  
*Christo uenit acti*  
*Pater sine*  
*Filio & SS.*  
*quenquam*  
*iudicat*  
*in Libro*  
*Sancto*  
*in Line*  
*Sancto*  
*Ariane in*  
*bus Argum*  
*magis Spi*  
*ritum Sanctum*



ANTITHESIS

18. ANTITHESIS.

1. Cor. 15. Docet apostolus, filium Dei peracto iudicio, ab omni potestate ac imperio, magistratu abiturum, ac regnum traditurum deo & patri, ita ut se cum omnibus beatis angelis & hominibus, beatissimo regno Dei ac patris in omnem aeternitatem subiiciat.

*Filius (si credendum est orthodoxis,) in extremo die, non tradet regnum Deo & patri, neq; subiiciet se patri, sed equali potentia, maiestate ac gloria aeternum cum Deo regnum obtinebit.*

19. ANTITHESIS.

Ioh. 16. Spiritus sanctus (inquit Christus) quem mittam vobis à patre, non loquetur à semetipso, sed quaecunque audiuerit loquetur. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis.

*Spiritus sanctus, cum sit verus & aeternus deus, patri & filio per omnia equalis, propria loquitur autoritate, nec quicquam accipit à filio, quod annunciet apostolis. Sic Antichristus & qui eius characterem gerunt.*

20. ANTITHESIS.

2. Tim. 1. Exemplar teneto sanorum verborum, quae à me didicisti.

*Voces illae, trinitas, essentia, tres personae in vna essentia, quando*  
Hic

CHRISTI ET ANTY.

Hic iubet Paulus Timotheo, & omnibus ecclesiae ministris, ut fugiant exotica verba & phrasas loquendi de Deo & mysteriis fidei, ac contenti sint iis, quibus ipse in religionis doctrina tradenda sit usus.

*quam nec à Christonee à Paulo sint usurpatae, sed à Concilijs & Patribus inuenta, sunt tamen in ecclesia necessaria retinenda, inquit orthodoxi. Fateantur igitur quod res est, se non esse discipulos Christi & apostolorum, ut potè quorum praecipis*

*adeò temerè obluantur, ac posthabita illa diuina simplicitate, qua prophetae & apostoli mysterium cognitionis Dei & Christi sanctissime expresserunt, nouis formulis student, easq; in docenda ecclesia frequentissime in ore habent, non sine turpi ignominia, tum doctrinae tum ecclesiae Christi.*

21. ANTITHESIS.

2. Tess. 2. Vaticinatur Paulus, antichristum oppositurum se aduersus omne quod dicitur Deus aut numen: quibus verbis satis indicat, Antichristum, omnem rectam Dei cognitionem & cultum ob-

*Mar. Luth. affirmat articulum de Deo & mediatore Christo sub Papatu intactum mansisse. Zanchus in praefatione secundae partis suorum Elohim: Ecclesia (inquit) Romana integrum retinuit fundamentum, ideo quae col-*  
literaturum,



10/6

A N T I T H E S I S

literaturum, & nequaquam fidum eius custodem futurum. Adhæc versu 4. regnum antichristi vocat apostasiam, quæ secum trahit totius religionis interitum, ac in primis recte cognitionis veri Dei, & mediatoris IESU Christi, quibus tanquam cardinibus duobus, religio Christiana sustinetur. Vult igitur Paulus dicere, antichristum ita in templo dei seorsum ut speciem ac larvam Christianæ religionis præ se ferat, ac veri Dei ac Christi nomen non quidem deleat, at re ipsa loco veri Dei falsum, loco germani Christi commentitium Christum ec-

lapsa sunt facilius reedificentur. Facile enim domus instauratur cuius firmum adhuc & integrum manet fundamentum: per integrum fundamentum intelligens articulum trinitatis. Negat igitur Lutherus, negat Zanchus, negant orthodoxi omnes Antichristum esse aduersarium dei & recte eius cognitionis. Negant apostasiam ac defectionem, quam inuecturus erat antichristus in ecclesiam, quum illa stare non possit cum professione vnus veri Dei & Iesu Christi, nec locum habeat, quamdiu fundamentum manet intactum. Si excipiunt, cultum vnus veri Dei & Iesu Christi ab antichristo pessundari, idcirco recte dici aduersarium clesiae

C H R I S T I E T A N T I.

clesiae gentium obtrudat.

Dei & Christi, respondemus, esse quidem hoc scelus grauissimum, ta-

men sic antichristi impietatem non dignè aestimari, & arctioribus quam par erat finibus circumscribi. Quid enim? an non magnum hoc est, quod totis viribus pugnat pro vno vero deo & Iesu Christo, quod omnino ipsi tribuendum est, si trinitas est verus Deus. Atqui, non fert malitia antichristi tantam laudem, cum potius quicquid ille exosculatur, quicquid acerrimè defendit, id ipsius proprium, hoc est diabolicum, non diuinum esse necesse sit: contra quicquid scelcratus ille odit, quicquid persequitur, id alienum ab eius natura, hoc est sanctum piūq; est, quemadmodum in Apoc. cap. 13. de ipso prædictum fuit, quod sit bellum gesturus cum sanctis, non cum impijs contemptoribus veri Dei: vnde inter cætera illud consequitur, fieri nõ posse vt sint omnino mali per quos hac ætate trinitatis dogma in suspicionem falsi vocari cœpit, cum hoc hominum genere nihil sit antichristo intolerabilius.

Secundum genus antitheseon, in quo dogma trinitatis sibi ipsi opponitur.

Vidimus adhuc quantum sit dissidium inter doctrinam Christi & antichristi de vno vero Deo. Superest nunc, vt dogma trinitatis



ANTITHESIS

trinitatis, quomodo cum seipso confertur  
riat doceamur: in qua explicatione, si fre-  
quens mentio occurrit patrum veteris ec-  
clesiæ, non est quod existimet christianus  
lector, ideo id fieri, ac si dei veritatem ho-  
minum autoritate probare conaremur  
quemadmodum nonnulli faciunt: quin  
potius eò hæc spectant, vt palam fiat, do-  
gma trinitatis nequaquam à tota antiqui-  
tate defendi (quod tamen huius ætatis  
theologi libenter persuaderent) imo ve-  
rò pleraq; vetustissimorum patrum scri-  
pta trinitatem euertere, vtpotè quæ non  
prius in ecclesiis obtinuit, quàm puritas  
euangelij vehementi laborare cœpisset,  
tum enim à leuibus initiis exorsa paula-  
tim inualuit cum reliquis superstitioni-  
bus, donec in eam, quam adhuc videmus  
altitudinem ascendit. Quin etiam eos ip-  
sos, qui in hoc dogmate procreando ela-  
borauerunt, videmus non constanter in  
vna sententia perstitisse, sed velut titubā-  
do, nunc trinitatem asserere, nunc soli pa-  
tri vnus Dei gloriam vendicando, ean-  
dem destruere, & sic volentes nolentes  
veritati non rarò patrocinari.

1. ANTITHESIS.

Augustinus lib. 6.

Calvinus in admoni-  
cap.

CHRISTI ET ANTI.

cap. 8. de trinitate  
inquit: Deus trini-  
tas siue trinus, rectè  
dicitur. Et libro 15.  
cap. 7. dicit Deum  
& trinitatem idem  
esse.

tione ad Polonos: ora-  
tio illa, sancta trinitas  
vnus Deus, miserere no-  
stri, mihi nō placet, bar-  
bariem sapit. Et Luthe-  
rus in maiore postilla:  
Non est elegans germa-  
nismus, quod Deum vo-  
camus dreifaltigkeit, etiam latinum trinitas non bel-  
lè sonat.

2. ANTITHESIS.

Mysterium trini-  
tatis omnem captum  
excedit, nec intelligi  
potest, ideoq; simpli-  
citer est credendum.

Augustinus lib. 1. de  
doctrina Christiana, di-  
cit trinitatē abs se pur-  
gata mente & cerni  
& intelligi.

3. ANTITHESIS.

Deus est ens simpli-  
cissimum.

Deus constat è trib.  
personis, patre filio &  
spiritu sancto. Ita vicif-  
sim destruunt rectè dicta: quod enim triplum est,  
simplex esse desinit.

4. ANTITHESIS.

Beza in præfatio-  
ne in Dialogos Ath.  
Deitas (inquit) cu-  
ius causa est alius,  
non est deitas. Cal.

August. lib. 7. cap.  
1. Pater genuit essenti-  
am & deitatem. Et Cy-  
rillus: Pater principi-  
um est sine principio,  
in epistola

b

4



ANTITHESIS

in epistola ad Polonos & contra gentilem, asserit Christum quatenus est Deus, a seipso esse, & hanc ob causam reprehendit verba concilij Niceni: Deum de Deo, deum verum de deo vero.

quoniam a nullo suadeitatis habet originem. Filius vero est principium de principio. Et Beza in cap. Ioh. 6. v. 57. Christus suam diuinitatem a patre habet. Et Zanchus, pater est fons totius diuinitatis. Certè subtili sophistica

erit opus, ad hanc contradictionem in hominum oculis pingendam, cum adeò sit manifesta, vt vel cæcis appareat.

5. ANTITHESIS.

Cal. in Inst. Deus quoties absolutè nominatur, patrem, filium & spiritum sanctum designat.

Erasmus Rot. Quoties Deus absolutè nominatur, pater solus intelligitur, apostolici sermonis consuetudine.

6. ANTITHESIS.

Scholæ theologorum constituunt ingens discrimen inter θεοία & hypostasim, & qui id negant, habentur pro atheis.

August. lib. 6. cap. 8. de Trinit. dicit se ignorare quid intersit inter hypostasim & θεοία. Et lib. 7. cap. 6. affirmat θεοία siue essentiam & personam

differre tantum denominatione, vel secundum aliquem

CHRISTI ET ANTI.

quem modum intelligendi, cum propriè idem sint. Et Hieronym. fatetur, sub voce hypostasis aliquid subesse veneni, nec tutò dici posse, tres esse in Deo hypostases.

7. ANTITHESIS.

Vnus est Deus æternus, subsistens, viuus, intelligens, indiuiduus.

Tres sunt in vno Deo personæ: personam verò definiunt, quòd sit subsistens, viuus, intelligens, indiuiduū. Cum

igitur quælibet persona sit talis, necesse est vt tres sint subsistentes, tres viui, tres intelligentes, tria indiuidua. Nemo igitur dubitare potest, dogmate trinitatis tres deos pariter æternos fabricari, præsertim cum Augustinus expressè dicat, personam non esse aliud quam Deum. Non ne igitur tot dii erunt quot personæ?

8. ANTITHESIS.

Damnamus (inquiunt orthodoxi) impium dogma Sabelij, Praxeæ & Noeti, veterum hæreticorum, cõtendentium, vnum eundemq; esse patrem filium & spiritum sanctum, ac nominib. solum non

Huic damnationi ipsimet se inuoluunt, idq; cum ex alijs argumentis non obscure colligitur, tū verò ex eo quo eiusmodi similitudinibus suam fidem declarant: Solis inquiunt, vna est substantia, at vires diuerse: & anima huma

b 5 personis



## ANTITHESIS

personis distingui. *na vnica est, cuius tamē diuersae sunt potentiae:*

In igni est calor, sine quo calefacere non potest: & in artifice est sapientia, sine qua efficere nil potest. His inquam similibus orthodoxi vniuerso orbi christiano testatum faciunt, se patrem, filium & spiritum sanctum in unum indiuiduum conflare, ita vt pater reuera non sit alius quam filius, nec filius alius sit quam pater, sed eiusdem substantiae vterque, idq; hoc ipsum est, quod haeresis Sabelliana olim contendebat. Huc pertinet canticum illud Papale, quod Lutherani retinent in suis ecclesiis, cuius inter alia haec sunt verba: Pater, filius, sanctus spiritus, tria sunt nomina, omnia eadem substantia. Quia enim Evangelici affirmant articulum de Deo intactum permanisse sub regno Antichristi, eo ipso hunc catum & similes nugas approbare se fatentur. Quemadmodum verò dum Orthodoxi contra gentilismum pugnant, in Sabellij haeresim incurrunt, ita è cōuerso quoties in Sabellianis cōfutandis acrius insistent multitudinem deorum in ecclesiam inducunt, hoc est, tot deos constituunt, quot personas numerant. Si igitur penitus excutiat dogma trinitatis, apparet è duobus perniciosissimis, & quidem toto genere contrarijs errorib. conflatum esse, gentilismo & Sabellianismo, hoc est pluralitate deorum, & confusione patris, filij & spiritus sancti, quib. Christianam religionem miserè conturbari necesse est.

Et certè

## CHRISTI ET ANTI.

Et certè nisi doctoribus ecclesiae vel inuitis, subito exciderent verae quaedam voces de vno Deo patre, & mediatore Iesu Christo apud Deum, non video quae spes esse posset de ecclesiis nostrorum temporum. Sed facit ingens dei bonitas, vt in medijs tenebris salutaris aliqua lux veritatis subinde effulgeat, quae piorum mētes spiritu direttore in recta cognitione Dei & Iesu Christi erudiat. Haec vtinam sedatis animis expenderent, qui opinantur suas ecclesias ita à iugo antichristi vindicatas & in libertate euāgelij traductas esse, vt nulla amplius reformatione in vlla doctrinae parte opus sit, quique eò audaciae prolabantur, vt si quis ipsorum placitis non per omnia subscribit, aut de aliquo doctrinae capite contouersiam mouet, eum acerbissimè persequantur, & si facultas suppetit, funesto spectaculo è medio tollant. Ita scilicet se ipsos reddunt indignos vberiore gratia, & Deum hac sua immanitate ad vlciscendum ipsorum ingratitudem prouocant.

## 9. ANTITHESIS

Pater, filius & spiritus sanctus tres sunt personae, eiusdem maiestatis, potentiae, honoris.

Ambrosius in 2. ad Cor. sic: Quamuis Christus nos redemit, sunt tamen omnia ex deo, ideo oportet patrem præferre. Et Hilarius de synodis. Non exaequamus filium patri, sed subiectum intelligimus. Idem testatur lib. 9. de Trin. Ecclesiam



ANTITHESIS

elestiam suo tempore, cōfitendo Christum esse Deum  
nihilominus patrem, solum verum Deum confessam  
esse. Et Zanchus in tribus Elohim: Pater est princi-  
palis Deus, præ filio & spiritu sancto: patrem eue-  
himus super omnia, & κατ' ἐξοχήν hoc est, secun-  
dum præstantiam, Deum verum prædicamus: Item,  
non inficiamur quin pater modo quodam peculia-  
ri Deus sit, nempe secundum præstantiam præ filio  
& spiritu sancto, quia fons est totius diuinitatis.  
Hæc igitur testimonia clarissimè docent, æqualita-  
tè trium personarum ab ijs ipsis euerti, qui maxi-  
mè eam stabilire conātur, & toto illo tempore quo  
hic peregrinus Deus in ecclesia dominatum tenuit,  
scintillam aliquam rectæ cognitionis vnus æterni  
ac altissimi Dei patris & vnus mediatoris IESV  
Christi, diuino beneficio conseruatam esse.

10. ANTITHESIS.

Ad vnum illum De- Ex aduerso docent,  
um Israelis, non pa- Christum Dei & Mari  
ret accessus sine me- æ filium esse vnum illū  
diatore, & frustra in Deum, neque tamen o-  
uocatur sine media- pus esse mediatore vllō  
tore. apud Christum. Quod  
si Christus est vnus ille

Deus, & tamen nullo mediatore opus est apud Chri-  
stum, quis est ita amens vt non intelligat funditus e-  
uerti, quod fuit ab altera parte rectissimè asseuera-  
tum.

11. ANTI.

CHRISTI ET ANTI.

11. ANTITHESIS.

Essentia diuina com- Contrarium est, quod  
plectitur tres perso- rectè dicunt, solum fili-  
nas, estq; tota in qua um induisse naturā hu-  
libet persona. manam. Si enim tota  
essentia est in qualibet

persona, est quoque in filio tota, & iam non solus fi-  
lius assumpsit naturam humanam, sed tota trinitas.

Id iam olim animaduertit Athanasius, in libello de v-  
nitate fidei: metuens enim ne diuideretur filius à pa-  
tre & spiritu sancto, coactus est fateri trinitatem  
totam nasci ex Maria, & trinitatem assumere cor-  
pus, eò quod vnita semper sit trinitas. Hic iterum  
videmus, quantam confusionē secum trahat dogma  
trinitatis.

12. ANTITHESIS

Augustinus in disp. Alij sic defendunt v-  
cōtra Maximinum, nitatem patris & filij,  
concedit, patrem & vt sint non solum eius-  
filium ita esse vnum, dem naturæ, sed etiam  
quemadmodum Pau vnus eiusdemq; indiui-  
lus & Barnabas di- dui.  
cuntur vnum esse, 1.

Cor. 3. hoc est eiusdem naturæ, at duo-  
rum indiuiduorum.

13. ANTITHESIS

Orthodoxi determi- August. lib. 7. cap.  
nant, nulla ratione 1. aperte dicit, Deum  
verum



ANTITHESIS

verum esse posse, aut dici, essentiam generari. patrem genuisse essentiam & deitatem.

14. ANTITHESIS.

Pater est perfectus Deus. Filius est sapientia patris, & pater esse non potest sine hac sua sapientia, aliàs Deus non esset, inquit orthodoxi. At qui sic pater negatur esse perfectus deus, nisi filius accedat. Sic igitur dicendum erat trinitarijs: Pater non est perfectus deus sine filio, & sic dicendo sententiam suam ad viuum exprimerent, quam aliàs tenebris inuoluunt, metuentes ne coarguantur à luce.

15. ANTITHESIS.

Mediatorem oportuit esse, non hominem solū, sed & Deum: aliàs non potuisset placare infinitam iram Dei aduersus peccatum, ac pro eo satisfacere. Iram dei contendunt placatam esse ea obedientia, quam Christus persoluit Deo, factus obediens vsq; ad mortem crucis. Atq; huius obedientie Christi, lucetis in passione, ne minima quidem portio (vt ipsi volunt) ad diuinam eius naturam pertinet, tota in humana natura patiente hæret. Concedunt igitur Christum mediatoris munus in natura humana peregrisse, & sic vicissim destruunt, quod antea affirmarunt.

16. ANTI,

CHRISTI ET ANTI.

16. ANTITHESIS.

Christus quatenus est mediator noster apud deum, inferior est deo: at quoad naturam diuinam est deo per omnia æqualis. Zanchus: dicimus Christum duplici ratione esse mediatorem apud deum, primò quia æternus est Dei filius, deinde quia homo. Hæc pugnant ex diametro: Si enim mediator Christus inferior est deo, & non solum respectu nature humane sed etiam diuine mediator est, negatur Christus quo ad naturam diuinam deo per omnia æqualis.

17. ANTITHESIS.

Duæ nature in Christo arctissimè sunt copulatæ, quemadmodum anima & corpus in vno homine. Natura diuina in terris patiente, aiunt diuinam in coelis persusam fuisse inenarrabili gaudio, ac ne minimum quidem doloris sensum percepisse. At qui altera hominis parte patiente, altera compatitur, habentq; corpus & anima inter se communia prospera & aduersa, læta & tristia. Id dum negatur de duabus in Christo naturis, negant eas arctissimè vnitas esse, imò verò ipsa vnio filij dei & hominis assumpti in nihilum redigitur, sublata hac communione gloriæ & humilia-tionis.

18. ANTITHESIS.

Spiri-



ANTI THESIS

Spiritus sanctus tam ab Ecclesia veteris quam noui testamen-  
ti, habitus est pro vno illo veto deo cū patre & filio.

Refert Sozomenes lib. 3. cap. 5. Athanasium cum aliis quibusdam Episcopis Alexandriae conuenisse, & spiritum S. in trinitate comprehendisse: quibus verbis

recens diuinitas spiritus sancti arguitur, siquidem Athanasij ac Episcoporum authoritate, in aeternae diuinitatis folio collocatur. Ita augefcente regno Antichristi, auctus est numerus deorum. In Concilio Niceno duo veri Dij sanciantur his verbis: Deum de deo, deum verum de deo vero. Postea tertius accessit, spiritu sancto in aeternae diuinitatis societatem recepto.

19. ANTI THESIS.

Spiritus sanctus (inquiunt) ab aeterno procedit à patre & filio, & procedendo patris & filii essentiae fit particeps. Id probant dicto Christi Ioha. 15. Mittam vobis spiritum sanctū, qui à patre procedit.

Beza in Commentario super hunc locum, negat Christum loqui de essentia spiritus sancti, et intelligit verba Christi de virtute & efficacia spiritus sancti in nobis. Atqui hoc vnicum est testimoniū in totis Bibliis vnde Trinitarij haecenus probare sunt

conati aeternam processionem spiritus sancti, Eo igitur.

CHRISTI ET ANTI.

igitur sublato, tollitur id quod multis saeculis de spiritu sancto fuit creditum. Quis verò non miretur Bezam nihilominus prauam opinionem semel conceptam retinere, ac nequaquam errorem vnà cum maligno erroris fundamento, & quidem abs se euerso abijcere.

20. ANTI THESIS.

Lombardus affirmat nullam penè litteram esse in scriptura, vnde trinitas elici non possit.

Eccius in locis communibus dicit, trinitatem nulla ratione probari posse è sacris literis, sed traditionem esse Ecclesiae.

21. ANTI THESIS.

Zanchus & alii assertores trinitatis, testimonia non pauca è veteri testamento depromunt, quibus probet tres esse personas in vna diuina essentia.

Cirillus lib. 3. de Trinitate legalis eruditio praedicat quidem, quòd vnus sit deus, at nullo modo dilatat diuinitatis naturam ad trinitatē personarū, nec iterum congregat ad vnitatē, hoc enim nos nota docuit scriptura.

22. ANTI THESIS.

Ex primis sacrorū bibliorum verbis: In principio creauit de

Cal. in Gene. cap. 1. Mihi parum solida videtur tantae rei proba-



ANTITHESIS

us (Elohim) cœlum & terram, orthodoxi magno consensu eliciunt Trinitatem in vna essentia, quia vox Elohim plurale est, verbum verò creavit, singulare.

Monendi itaq; sunt lectores, vt sibi à violentis eiusmodi glossis caueant. Putant illi se habere testimonium aduersus Arianos ad probandam filij & spiritus s. diuinitatem. Interea se inuoluunt in errore

Sabellij, quia postea sequitur: Et spiritus dei (Elohim) ferebatur super aquis. Hic nulla erit personarum distinctio, & spiritus erit sui ipsius spiritus. Mihi igitur satis est, quod pluralis numerus, dei virtutes sonat, quas in creando mundo exeruit. Hæc Calvinus. Præterea habent orthodoxi inter alias, hanc quoq; regulam interpretandæ scripturæ, quòd videlicet nomina quæ dignitatem significant, pluraliter vsurpentur, ad ampliorem honorem, cuius regule mirum est cos penitus obliuisci.

23. ANTITHESIS.

Quod Gen. 12. le- guntur tres viri apparuisse Abrahamo, quos tamen velut vnum compellat, ex eo patres omnes ac multi neoterici deriuant tres personas vnius diuinitatis.

Wolphg. Musc. super hunc locum: personæ illæ tres, sanctæ triadis personæ non fuerunt, nec Abraham eas hoc loco habuit, quod ex historia est manifestum.

Erant angeli, quia sic Er præterea patet nomen ex Ep'ta ad. Ebr. 13. v. 2.

Cum Murcilo sentit Calvini nra.

CHRISTI ET ANTI.

nominantur, præsertim cum dicunt duo ex his, delebimus locum istum, quia ascendit clamor eorum coram domino, & misit nos dominus ad perdendum eum. Quòd Abraham eos pro tribus personis diuinitatis non habuerit, nec in ijs tres personas triadis considerarit, ex eo liquet, quod officia humanitatis talia illis obtulit, quæ nemo poterat Deo, nisi prorsus insanus offerre ac destinare. Vnum autem ex tribus compellat, quia cæteris præstantior appareret & aliorum nomine loqueretur. Ipsa verò adoratio fuit corporis incuruatio ac humanus quidam ac ciuilis honor, quo solebant homines honesti excipi.

me hinc hic  
Comm. hinc

24. ANTITHESIS.

Verba Psalmi 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te: Augustinus & alii permulti sic interpretantur: hodie, id est, ab æterno.

Cal. Friuola est Augustini argutia, qui hodie, æternum fingit.

25. ANTITHESIS.

Ex Psalm. quoq; 33. Verbo domini cæli facti sunt, & spiritus oris eius omnis exercitus eorum: educunt tres personas vnius deitatis. rum suorum interficiet impium. Vult igitur dicere

Bucerus dicit, verbo idem significari quod solo iussu, & spiritum oris & verbu pro eodem dici, vt Esa. u. percussit terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.



ANTITHESIS

Bucerus, non agi hic de 3. personis, sed extolli his verbis dei potentiam, qui suo verbo, hoc est, solo iussu, imò simplici nutu condere potuerit coelos cum toto eorum apparatu.

26. ANTITHESIS.

Trinitati suæ stabilendæ accomodant visionem quæ describitur Esa. 6. Vbi angeli ter clamant, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum.

Calvinus negat firmū esse hoc testimonium, & dicit ternario numero perfectionem notari, ut in alijs locis scripturæ: item indefessam assiduitatem angelicarum laudum, cuius inexhaustam materiã supeditet dei sanctitas.

27. ANTITHESIS.

Et quod Micheæ 5. scriptum est, Egredius eius à sæculo, à diebus æternitatis, ex eo probant æternam diuinitatē Christi.

Cal. affirmat prophetam non loqui de essentia Christi, sed de efficacia, secundum quam ab initio mundi præsens fuit in sua Ecclesia.

28. ANTITHESIS.

Apud Iohannem: In principio erat sermo, trinitariis idem est ac si scriptū esset,

Gualterus. Vox principij æternitati nequam conuenit. Cum enim æternum dicatur ab

CHRISTI ET ANTI.

ab æterno erat sermo.

quod principio & sine caret, quomodo principij nomine declarari potest?

29. ANTITHESIS.

Et quod eodem capite habetur, omnia per ipsum facta sunt, ex eo colligunt, Christum vnā cum patre operari, ideoq; eisdem esse potētiæ ac honoris.

Origenes super hæc verba: Si omnia per sermonem facta sunt, non à sermone facta sunt, sed ab eo qui est sermone maior, quem quis alium dixerit, quam patrem ipsum.

30. ANTITHESIS.

Deus inquit Paulus Act. 20. Redemit Ecclesiam proprio sanguine. Est igitur Christus vnus ille deus, aiunt trinitarii.

Erasm. in paraphrasi: Deus adeo charam habuit Ecclesiam, ut eam sanguine filij redimere nō sit dedignatus. Hæc interpretatio concinna est, & congruit cum

alijs scripturæ locis. Quicquid enim Deus agit per Christum, perinde habendum ac si ipsemet ageret, eò quod Christus, quicquid agit, Dei voluntate ac mandato agit.

31. ANTITHESIS.

Ea loca in quibus Christus disertè di-

Erasmus in Annot. passim: Ariani non negant



13/1

ANTITHESIS.

citur deus, maxime  
vrgent orthodoxi,  
ad confirmandā  
Christi cum deo, ve-  
luti sunt Ioh. 1. Ser-  
mo erat Deus, & Io.  
20. Dominus meus  
& Deus meus. Im-  
primis verò quod  
Rom. 9. dicitur: de-  
us super omnia bene  
dictus in saecula.

Christū esse deum, imò  
magnum deum faten-  
tur, tum ob naturæ  
prestantiam, tum offi-  
cij ac operum dignita-  
tem. At non concedunt  
esse vnum illum deum,  
nec vsquam in scriptu-  
tura vnum deum appel-  
lari aiunt, cum hic ho-  
nor proprius sit patris.  
Ioh. 17. 1. Cor. 8. Ephe.  
4. Eò igitur vsq; extol-  
lunt Christum vt sit do-

minus ac deus omnium angelorum ac hominum, pa-  
ter verò non solum angelorum & hominū, sed ipsi-  
us etiam Christi, quemadmodum Ioh. 20. & Eph. 1. 17  
disertè appellatur: & ideo solus altissimus dicitur  
Luc. 1. Act. 7. vt pote cui omnia subsunt, nil par. Et  
Ioh. 10. appellatur maior omnibus sine exceptione.  
Est igitur inter hæc ingens discrimen, quod Chri-  
stus dicitur deus, pater verò vnus & solus deus. Nec  
quicquam derogatur vnitati dei, si Christus cogno-  
scitur deus & dominus angelorum & hominum.  
Quicquid enim manet sub vno deo, & ad dei vnus  
altitudinem non asurgit, eo non impeditur vnitas  
dei, nec plures dij inuehuntur: imo verò immensi-  
tas gloriæ vnus dei è nulla re alia magis perspici-  
tur,

CHRISTI ET ANTI.

20

tur, quàm quod sub se habet filium potentissimum  
ac sapientissimum cui imperet, ac cuius virtute ope-  
ra præstantissima efficiat. Quod ad locum attinet  
Rom 9. confirmat Beza, Christum ibi deum dici su-  
per omnes prophetas & patriarchas, de quibus ibi  
mentio fit, ne quis suspicari posset, Christum esse in-  
star vnus ex illorum numero, ex quibus secundum  
carnem natus est. Ideo ἐπι παντων reddat super  
omnes, non vt alij interpretes, super omnia. Ita con-  
firmat hos gradus, vt Christus sit deus Ecclesiæ ve-  
teris ac noui testamēti, pater verò etiam deus Chri-  
sti & consequenter omnium qui sunt Christi.

32. ANTITHESIS.

Inprimis quod Chri-  
stus Iehoua appella-  
tur, ex eo firmissimè  
concludunt esse vnū  
illum Deum, præter  
quem non est alius,  
quia hæc vox ipsam  
dei essentiam signifi-  
cet, quæ semper fuit,  
est & erit: & nulli  
creatæ rei in scriptu-  
ra communicetur,  
ipsis etiam Rabinis  
Iudæorum testibus.

Flacius Illyricus in se-  
cunda parte clauis, ne-  
gat hoc nomine eter-  
nam essentiam dei ex-  
primi, quia Exod. 3. &  
6. (vnde hoc nomen o-  
ritur) non scriptum sit,  
sum qui sum ( vt vulgo  
redditur ) sed ero qui  
ero, in futuro, quod ne-  
quaquam intelligi pos-  
sit de æterna essentia  
Dei, quæ semper fuit.  
Docet igitur deum re-



20/2

ANTITHESIS

spicere his verbis instantem liberationem sui populi ex Ægypto, quæ futura erat planè portentosa ac multis miraculis clara, perinde ac si diceret deus, se quidem patribus ipsorum Abrahamo, Isaac ac Iacobo promissionem dedisse de terra Canaan olim possidenda, verum ipsis viuentibus non exoluisse tam magnifica promissa, nunc re ipsa promissis satisfacturum. Comparat igitur præsentem felicitatem sui populi cum ea qua olim vsi erant ipsorum progenitores, quam multò inferiorem esse ostendit. Hæc interpretatio vt concinna est, ita ex aduerso alterius vanitatem redarguit, vt pote quæ stare non potest nisi primis patribus vnus veri dei cognitio detrahatur. Si enim Iehoua significat essentiam dei æternam, sequetur Abrahamum Isaacum & Iacobum, verum deum eiusq; æternitatē ignorasse, cum deus disertè affirmet se nunquam illis hoc nomine innotuisse. Quod verò dicunt, nulli rei creatæ hoc nomen communicari, falsum esse ex plurimis scripturæ locis patet. Legatur vel vnicū caput sextum in Iudicibus, ibi enim angelus qui apparet Gedeoni, modò angelus Iehouæ dicitur, modò Iehoua, propter legationem quam sustinebat: in quo etiam loco Kimchi doctissimus Hebræorum disertè scribit, angelum, Iehouæ nomine appellari, vnde colligitur quo loco habendum sit, quod hætenus à magnis Theologis fuit de Iudæorum Rabinis affirmatum.

33. ANTITHESIS.

Quod

CHRISTI ET ANTI.

21

Quod ad Philip. 2. dicitur Christus fuisse in forma DEI, & æqualis DEO, inde collunt orthodoxi, Christum esse cum patre vnum deum.

Cal. Fateor inquit, Paulum de diuina Christi essentia hic non agere. Et in Instit. lib. 2. cap. 13 sect. 2. Non docet hic Paulus quid fuerit Christus, sed qualiter se gesserit. Et Erasmus in annotat. dicit, nihil tale

hinc probari, imò ad victoriam detorqueri scripturam ab interpretibus.

34. ANTITHESIS.

Et quod ibidem sequitur, datum esse Christo nomen super omne nomen, vt in eius nomine flectatur omne genus: inde quoq; magno consensu filii & patris *ὁμοῦ ὁῦ* ac æqualitatem asserunt. Erasmus. Quemadmodū à deo patre proficiscitur omnis gloria filij, ita in patrem redundat. Vult igitur Erasmus cum Paulo dicere, gloriam filij in hunc finem spectare, vt seruiat gloriæ dei. Cūque gloria filij non in ipso filio tanquam vlti-

mo fine subsistat, sed altius supra se assurgat, nempe ad gloriam dei patris, necesse est vt gloria patris multò sublimior sit gloria filij, quum non solum angeli & homines, sed etiam ipse filius cum omni sua dignitate, patris gloriæ velut supremo ac vltimo

c s fini



ANTITHESIS

fini seruiat. Et certè quemadmodum deus pater primus est atq; vnicus fons ex quo manant omnia, tam filius quàm quæ sunt per filium: ita ordo iustitiæ postulat, vt quoq; vltimus sit finis ad quem omnia velut ad primam sui originem redeant.

35. ANTITHESIS

Cùm Paulus inquit Tit. 2. Expectantes beatam spem & apparitionem gloriæ magni dei & seruato ris nostri Iesu Christi: Beza vtrumq; ad Christum trahit, reprehendens eos qui posteris solùm Christo tribuunt, prius deo patri.

Cal. Dubium est, coniunctim'ne hæc sint legenda, an verò de patre & filio disiunctim postea sic explicat: Paulus de reuelatione gloriæ magni dei loquutus, mox Christum adiungit, vt sciremus in huius persona fore illam gloriæ reuelationem.

36. ANTITHESIS.

Dictum Pauli 1. Ti. 3. Deus est manifestatus in carne, plerique sic interpretantur, vt ex eo omnium firmissimè conètur probare, Christum esse vnum illū Deum.

Wolphgan. Mus. Deus est manifestatus in carne Christi. Sententia Musculi hæc est: quem admodum deus dicitur se manifestasse in rebus creatis, quas tamen per filium creauit: ita in Christi incarnatione passione.

CHRISTI ET ANTI.

passione, morte, resurrectione, ascensione in cælum, præconio Euangelij, deum quasi præsentem conspici ac clarissimè cognosci.

37. ANTITHESIS.

Præcipuum robur vnitatis essentiæ trium personarum, collocant Trinitarij in dicto 1. Ioh. 5. Et hi tres vnum sunt, & quod Ioh. 10. Christus inquit: Ego & pater vnum sumus.

Cal. testatur, in versu illo de tribus testibus in cælo, græcos codices nõ consentire, ideò se vix audere quicquã asserere: præterea, quod dicitur, hi tres vnum sunt, ad essentiã non referri, sed ad consensum potius. Erasmus

similiter sic: horum trium summus est consensus, & addit, perspicue intelligi, vnum hic non referri ad essentiã vnitatem sed consensum, quia sequitur: tres sunt in terra qui testificantur, spiritus, aqua & sanguis, & hi tres vnum sunt. Est verò manifestum haudquaquam vnã esse horum trium essentiã ac naturam. Loco Iohannis 10. affirmat Calvinus abusos fuisse vetustos patres ad probandam ομοδοξίαν patris & filij, Christum enim non disputare hoc loco de vnitatem essentiæ, sed de consensu quem cum patre habet.

38. ANTITHESIS.

Christum esse vnum verum deum, pro-

Erasmus affirmat vtroque modo posse accipi bant



ANTITHESIS

bant inter cætera dicto illo egregio, quod legitur i. Ioh. 5. Scimus quod filius dei venit, & dedit nobis intellectum, ut cognoscamus Verum, & sumus in Verbo, in filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus & vita æterna.

*hunc locum, ita ut particula εἰς αὐτῶν, reddantur in ipso aut per ipsum, quam posteriorem interpretationem in paraphrasi sequitur. Et certe si locum hunc probe inspiciamus planè consimilem reperiemus ei qui extat Ioh. 17. Pater hæc est vita æterna, ut co-*

*gnoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum, ubi non duo veri sed vnus verus deus ac pater nominatur. Non dicit Iohannes filium dei esse verum illum deum, sed ideo eum venisse, ut nos instrueret cognitione veri dei: neq; id solum, sed efficeret ut perpetuò essemus ac maneremus in vero illo, eiusq; felicitate, gratia ac vita æternam fruere-  
mur: si quærat quomodo accessus nobis patere possit ad deum, cum is inhabitet lucem inaccessam? respondet Iohannes, per filium eius Iesum Christum vnicum mediatorem, in quo habemus aditum ad patrem, Ephe. 2. 18. quemadmodum etiam Calvinus dicit, hisce verbis modum exprimi nostræ cum deo coniunctionis. Ut verò pios adhuc vehementius rapiat in admirationem tanti mysterij, & clariùs se explicet, patrem quem antea verum simpliciter di-*

*xit, tan-*

CHRISTI ET ANTI.

*xit, tandem vocat verum deum & vitam æternam.*

39. ANTITHESIS.

In epistola Iudæ 5. Cal. sic vertit: subingressi sunt quidam homines impij, deum qui solus est herus, & dominum nostrum Iesum Christum negantes, quæ versio contraria est Bezae, & cum Erasmo facit. Ita videmus quantis dubitationum procellis iactetur dogma trinitatis.

4. Beza sic vertit: Subreperunt quidam homines impij, qui solum illum herum deum ac dominum nostrum Iesum Christum negant. Et quod Apostolus dicit solum herum deum ac dominum, id omne Christo accommodat, & execratur Erasmus qui prius ad deum, posterius ad Christum refert.

40. ANTITHESIS.

Postremò quod scriptum est Apocal. 1. Ego sum α & ω. principium & finis, ex eo arguunt, Christum esse vnum illum æternum deum, qui nec initium nec finem habet.

*Erasmus in Iohan. cap. 8. Pater principium est omnium. Filius patris principium certè dici non potest. Quod autem in Apocalypsi dicitur principium & finis, constat intelligendum, Christum esse initium & consumationem Ecclesie, quam priore ad-*

*uentis*



ANTITHESIS

uentu constituit, posteriore perficiet. Ac videtur sanè idem esse sensus horum verborum, cum Pauli verbis Eph. 1. quando dicit Christum implere omnia in omnibus. Verum sic non adæquatur deo. Est enim Christus omnia in omnibus angelis & hominibus at Deus etiam in Christo.

41. ANTITHESIS.

In Patrum quoq; testimoniis coaceruandis anxie laborant Trinitarij, & pro certo asseuerant totam antiquitatem tres personas in vna diuina essentia agnoscere. Ac primò quidem allegant pro se Ignatium omnium patrum antiquissimum, qui attigit ætatem Iohannis Apostoli ac Euangelistæ.

ad deum meum & deum vestrum. Et 1. Cor. 15. tradet filius regnum deo ac patri: Item tunc & ipse filius subijcietur ei, qui subiecit ei omnia, vt deus sit omnia in omnib. Videmus igitur, Ignatium dogma istud de vna eademq; essentia ac diuinitate patris & filij

Fr. Dav. in re  
fuitaone holl  
maioris ad  
c. 7. ubi vrspe  
patru turbi  
monia vrluc  
contumacia Tri  
nitari.  
Polycar pp. in  
q. q. in inica  
notat relinqr  
epistolam sem  
per in nu de  
um patrem  
jesu Christi  
noat ac inuo  
cat. Fuit a.  
Poly car pp joh.  
Apostoli disci  
pulis.  
Non tam a Deo  
fuit Canonizatus  
non Polycarpo s  
ss. nitimur sta  
bilire ventur.

Ignatius in epistola ad Tarsenses. Intellexi inquit, quosdam SATHANÆ MINISTROS voluisse vos turbare, contendentes Christum esse super omnia deum. Ibidem instituit refutationem huius Sathanæ commenti, quo Christus collocatur in solio vnius altissimi Dei, ac inter cætera adducit testimonium Ioh. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrū,

CHRISTI ET ANTI.

& filij ad Sathanam authorem referre. Patet etiam hinc, eos qui posterioribus seculis orthodoxi sunt dicti, ab Ignatio Sathanæ ministros appellari. Tanta deinceps sequuta est doctrinæ ac iudiciorum mutatio. In epistola ad Magnesios sunt hæc eius verba: Christus ihs qui in superstitionem plurium Deorum impegerant, vnum verum Deum patrem suum annunciauit: ex quibus verbis liquidò constat, Deum trinitatem Ignatio incognitum fuisse. In epistola ad Tarsenses adducit testimoniū ex 3. Prou. Dominus creauit me initium viarum suarum, eoq; probat Christum esse filium dei. Etsi verò inficiandum non est, verbum creandi non extare in Salomone, tamen Ignatius hac ipsa citatione perspicuè ostendit, tum quid ipse, tum quid Ecclesia sui temporis de filio dei senserit, nempe quod sit creatus à Deo immediatè ante initium rerum omnium, per quem deinceps mundus sit conditus, & quæcunq; sunt in mundo. Non igitur in primitiua illa Ecclesia Christus dicebatur dei filius, quòd genitus esset ex ipsa essentia dei, quæ opinio post Ignatij demum tempora in Ecclesiam irrepsit.

42. ANTITHESIS.

Iustinum deinde affirmant, non aliud vnquam docuisse, & spiritum s, eius-

Iustinus in colloquio cum Triphone: Nec Abraham inquit, nec Isaac, nec Iacob nec vllus alius homo vidit patrem



ANTITHESIS

dem esse potentiae trem, ineffabilem uniuersorum atq; etiam ipsius Christi deum: Vi-

us est autem is, qui iuxta patris voluntatem deus est, quippe filius, idem & minister & nuncius, qui paterno consilio homo natus est ex uirgine, qui & Mosen alloquutus est. Et in apologia pro Christianis: Nos Christum Iesum crucifixum agnoscimus veri dei filium, & loco secundo colimus.

43. ANTITHESIS.

Zanchus inter alios patres Ireneum adducit, velut trinitatis assertorem, & creationem mundi, patri filio & spiritui sancto ascribentem.

Irenaeus lib. 4. cap. 3. Verus deus est fabricator caeli & terrae, quem & propheta praedixerunt, quem & Christus suum patrem confiteatur, quem & lex annunciat dicens: Audi

Israel dominus deus noster, dominus vnus est. Et lib. 4. cap. 1. Si Christus multos deos sciuisset, non precepisset discipulis suis, vnum scire deum & hunc solum patrem vocare. Et lib. 5. docet filium omnia condidisse iuxta beneplacitum ac voluntatem dei patris: quibus verbis patri consilium ac mandatum de condendo mundo, filio vero ipsam executionem paterni consilij, ac opus ipsum vendicat. Lib. 2. cap. 49. mouet questionem quamobrem solus pater scire dicatur diem extremi iudicij, & non filius

Marci

CHRISTI ET ANTI.

Marci 13. & subiicit, non posse dari commodius ac certius responsum, quam quod Christus vnicus magister noster hisce verbis docere nos voluit, patrem esse super omnia, tam in scientia quam in alijs omnibus.

44. ANTITHESIS.

Tertullianus iudicio Trinitariorum docet Christum esse eiusdem essentiae cum deo.

Tertull. contra Praxeam, filium dei modo genitum, modo factum modo creatum asserit, non distinguens inter haec. Non igitur religio

fuit antiquissimis illis patribus, dicere filium esse creatum aut factum. At succedentibus saeculis inualecente scilicet tyrannide antichristi, pro nefario scelere haberi coepit, si quis eiusmodi quid de filio dei vel mutire ausus fuit, quin etiam grauissima persecutiones excitatae contra eos qui non fatentur filium ex ipsa dei essentia genitum, durantibus haec persecutiones in hunc usq; diem, & durabunt donec compleantur anni desolationis Ecclesiae de qua Apoc. 11. v. 2. & 12. v. 6.

45. ANTITHESIS.

Nec ab Origene abstinent, quo minus eum in suas partes trahant.

Origenes in Ioh. cap. 1. Pater cum sit sapientiae pater, praestantior est ipsa sapientia. Hac etiam

ratione excellit eum qui est lux vera. Et contra Cel-

Fr. Dav. i  
fuitaom  
maior  
c. 7. ubi  
patru te  
monia v  
contra  
milari.  
Polyar p  
st, qui in  
nabit vel  
epistolam  
per imm  
um pal  
Iesu Ch  
noat ac  
cat. Fu  
Poly car p  
Apostoli  
puly.  
Non tam  
fuit Cam  
non Poly  
S. n. tim  
bilire v

Handwritten marginal note in cursive script, likely a library or ownership mark.



**A N T I T H E S I S**

tra Celsum lib.8. Esto autem, non deesse quosdam  
vt in tam numerosa credentium multitudine, qui dis-  
crepantes ab alijs, temerè affirment, quod Serua-  
tor sit deus ille, vniuersorum dominus: Nos certè  
hoc non facimus, qui credimus ipsi dicenti, pater  
qui me misit, maior me est.

**46. A N T I T H E S I S.**

Et Clementem A- Alexandrinum alle-  
gant pro defenden- da trinitate.

Clemens lib. 6. Strom.  
vnum est ingenitum,  
nempe deus omnipo-  
tens, vnum est etiam  
primogenitum, per

quod omnia facta sunt. Vnus enim est reuera deus,  
qui fecit principium vniuersorum Christum. Et  
lib.7. In cœlo quidem res est præstantissima ange-  
lus, qui loco propius, & iam purius est æternæ &  
beatæ vitæ particeps. Perfectissima autem & san-  
ctissima & maximè principalis, & quæ maximè  
præest, & maximè regia, & longe beneficentissi-  
ma, est natura filij, quæ & soli omnipotenti Deo  
propinquissima, quæ omnia ordinat ex voluntate  
patris, & optimè gubernat vniuersum.

**47. A N T I T H E S I S.**

Lactantium quoque  
trinitatis assertorè  
faciunt orthodoxi.  
de patre, qui aliquando non fuit.

Lactan. lib. 2. cap. 9. de  
origine erroris: De  
matre natus est Chri-  
stus, qui ante iam fuit,  
Et alibi sic: Docu-  
it Chri-

**C H R I S T I E T A N T I.**

Christus quod vnus sit deus, eumq; solum coli  
portere, nec vnquam se ipse deum dixit, quia non  
seruasset fidem, si missus vt deos tolleret & vnum  
assereret, induceret alium præter vnum. Hoc erat  
non de vno deo facere præconium, nec eius qui mi-  
serat, sed suum proprium negocium gerere. Item:  
Vnus est solus liber, deus summus, carens origine,  
quia ipse est origo rerum, & in eo simul & filius  
& omnia continentur.

**48. A N T I T H E S I S.**

Hilarius omnium orthodoxorum con-  
sensu, maximus habe-  
tur æqualitatis pa-  
tris & filij defensor.

Hilar. de synodis: Nulla  
ambiguitas est, maio-  
rem esse patrem. Nullū  
est dubium, patrem ho-  
nore, dignitate, clarita-  
te, maiestate, & ipso  
nomine patris maiorem esse, filio testante: qui me  
misit maior me est. Ibidem, In eo quidem maximè  
non comparatur nec coæquatur filius patri, dum  
subditus est per obedientiæ obsequelam.

ITA VIDEMVS articulum trinita-  
tis, nequaquam consentientibus patrum  
sententiis approbari, vt mirum sit po-  
tuisse id hætenus à magni nominis Theo-  
logis affirmari. Non inficiamur quidem  
maturè sparsa fuisse semina quædam, hu-  
ius vani dogmatis, quo recta vnius Dei  
& Iesu Christi cognitio infecta fuit. non  
d 2 nega-



## A N T I T H E S I S.

negamus etiam, aliquos ex ijs quorum testimonio adduximus, trinitatem asseruisse. Verum id nostro instituto minime obest, cum non hoc à nobis agatur, ut patrum autoritate nos tueamur, sed potius ut cognita ipsorum inconstantia in hoc doctrinae capite explicando, ab humano tribunali ad diuinum, huius controuersiae disceptationem traducamus. Neque igitur nostrae neque orthodoxorum causae patroni sint patres, sedeat Christus cum prophetis & Apostolis tantae controuersiae iudex, ad quorum tribunal orthodoxos citamus.

## 49. A N T I T H E S I S.

In concilio Niceno inquit Romanenses, coacti fuerunt 318. Episcopi, doctrina ac vitae sanctimonia praecleari, quamobrem par est, ut huius concilii decreta ac in primis symbolum in magno pretio habeatur.

caelibatus sacerdotum, ipsorum autoritate fuit confir-

Historia male astipulatur hisce laudibus, primum enim narrat, viguisse inter ipsos Episcopos acerba odia ac dissensiones, adeo ut libellos supplices, quibus se mutuo accusarent, Imperatori obtulerint. Deinde quam boni fuerint theologi, ex eo apparet, quod

## C H R I S T I E T A N T I.

confirmatus. Nam cum primum hoc agerent, ut, quicumque ex clericis uxores duxerant, antequam fuissent in hunc ordinem cooptati, ab uxorum consuetudine cohiberentur, hoc nefarium institutum consilio vnus Paphnutij fuisset impeditum, nihilominus impiam Ecclesiae consuetudinem stabiluerunt, qua ij qui caelibes allekti erant in clericos, penitus à nuptijs arcebantur. Sozomenes li. 1. cap. 22. Certè cum Paulus 1. Tim. 4. prohibitionem coniugij appellet doctrinam demoniorum, quae per antichristum erat inuehenda, quis est qui non animaduertat, Antichristum in hoc concilio leges dictasse & defectionem à fide ac doctrina Christi induxisse, quemadmodum praedictum fuerat à spiritu sancto per os Pauli. Tertio recitatur in historia, duos Episcopos ante finitum concilium obijisse, & ad horum sepulchra reliquos accessisse: eos in hunc modum alloquentes: Sanctissimi patres, qui certamen praeclearum decertastis, cursum consummastis, rogamus vos, ut quatenus trinitatem (quam nunc claro lumine coram intuemini) nobiscum approbatis, ut inquam Symbolo nostro ac decretis factis subscribatis: cumque librum in quo descriptum erat symbolum, apud sepulchra collocassent, altero die reuersi, haec verba in eo scripta repererunt: Nos ambo Chrysantus & Musonius consentimus cum ceteris Episcopis in decreta concilij, & quanquam corpore defuncti sumus, nihilominus manibus proprijs d 3 subscri-



27/6

ANTITHESIS

subscripsimus. Niceph. lib. 8. cap. 23. En virtutes concilij toto orbe celeberrimi, cuius autoritas velut magica quaedam incantatio, omnium animos tot seculis dementavit.

50. ANTITHESIS.

Ignoratio philosophiae & Dialecticae (inquit Zanchus) in causa est, cur a recta dei cognitione aberrant Ariani.

In Concilio Niceno reiectum fuisse usum dialecticae, in disceptanda controuersia de filio dei, testis est Socrates lib. 1. cap. 5.

51. ANTITHESIS.

Magnus ille Athanasius, vir fuit sanctus & magno pietatis zelo praeditus, inquit orthodoxi, ideoque eius scripta ac imprimis symbolum in quo mysterium trinitatis exposuit, ab omnibus magnificari oportere.

Narrat Sozomen. Constantinum nullis precibus adduci potuisse, ut Athanasio (quem exilio mulctarat) reditum ad Alexandrinos permitteret, addens causam, quod homo esset superbus, seditiosus, maledicus, conuiciator. Fuit autem Constantinus Imperator singulari modestia ac humanitate, ideoque causam esse grauem oportuit, cur tanta seueritate aduersus Athanasium uti voluerit.

Præterea apud Theod. lib. 2. cap.

CHRISTI ET ANTI.

28

cap. 13. & 16. facinus Athanasij multò adhuc tetrius recitatur. Siquidem Constantius Imperator palam affirmat, Athanasium hoc continentèr machinatum, ut inter se & Costantem fratrem germanum odia intestina sereret, imò verò eò re perduxisse ut Constans ipsi bellum denunciaret, quatenus non permitteret Athanasio reditum ad Alexandrinos. Dicit Constantius, quatenus iniuriam sibi à fratre ac Athanasio illatam patientia non superasset, futurum ut graue bellum inter se & fratrem extitisset. Restituto Athanasio accidit paulo post, ut Constans interficeretur, quando Constantius iam totius imperij monarcha factus, iussit quæri Athanasium, & ad supplicium rapi, à quo ille fuga elapsus est. His postremò addatur, quòd historia memorat Athanasium suspectum fuisse de magia. Talis igitur fuit magnus ille ac sanctus Athanasius, quem totus serè mundus tanquam Numen quoddam colit.

52. ANTITHESIS.

Patres Arium vocant præcursorem Antichristi, Et Zanchus omnes eos qui trinitatem in dubium vocant, antichristos appellat.

Historia Ecclesie testatur, quo magis creuit potentia Antichristi ac Episcoporum, hoc durius fuisse pressos Arianos, & splendidius excultum dogma trinitatis. Et adhuc hodie videmus antichristum suauius amplecti hunc



28/b

ANTITHESIS

deum, ac grauissimè persequi eius aduersarios. Cum igitur Sathanas non possit odisse Sathanam, quo iure nostri homines adducti Arianos vocant Antichristos, quos Romanus antichristus, omnium antichristorum caput ac patronus tanto odio persequitur, se verò eundem cum antichristo deum & Christum colentes, splendido Euangelicorum titulo ornant.

53. ANTITHESIS.

Iactant orthodoxi, Arium ob blasphemum dogma fuisse extra ordinem à deo percussum, & fæda morte sublatū, hocque argumento fidem faciunt suæ doctrinæ.

Historia affirmat, Constantinopoli (ubi hic casus accidit) varia fuisse hominū iudicia de morte Arii. Cumq; alij aliud sentirent, familiares eius dixisse, Arium à maleuolis, qui presenti eius felicitati inuidebant, veneno necatum

esse. Id si ita est (vt quidem vereor) sanguis Arii, de quo tantopere hæcenus triumpharunt orthodoxi, suo tempore reposcetur de ipsorum manibus, ab eo qui omnia nouit & iudicat.

54. ANTITHESIS.

Ariani propius ad veritatem accedūt. Zanchus.

Arius olim blasphemum os (si quod vnquā Sathan) aperuit. Beza in epistolis.

55. AN

CHRISTI ET ANTI.

29

55. ANTITHESIS.

Trinitarij insimulant Arianos multorum scelerum, imprimis quod persequuti sint orthodoxos, effuderintque multum sanguinis innoxij, vnde colligunt, homines fuisse impios, ac veri dei ignaros.

Historia Ecclesiæ quamquam ab orthodoxis scripta, locuples testis est, orthodoxos, & primos fuisse & postremos in Arianis persequendis. Ipsorum namque instinctu Constantinus Arium relegauit in exilium, eiusq; libros exuri iussit: quamquam non multò post

controuersia rectius perspecta, & Arium reuocauit, & dogma eius amplexus est. Deinde subsequen- tibus annis Episcopi adeò importuni fuerunt Imperatoribus, vt coacti sint Arianis publica sacra interdiceret, quæ annos circiter ducentos maximi cœtus frequentarant. Sunt item in illorum capita cruenta leges sancitæ suasu Episcoporum: quæ omnia tum acciderunt, quando Ecclesiæ status in peius ruerat, & Antichristi vires robur acquisierant. Quod vero historiæ scriptores tantopere exaggerant crudelitatem Arianorum, quis cordatus fidem eis in hac narratione per omnia adhibeat, quæ fuerint acerrimi hostes Arianorum, & multa intemperanter scripserint. Cumq; è medio sublata sint scripta contraria, ac per vim oppressa, quibus

d s Ariani

Nicephorus lib. 8. c. 51. Vastanus Arium reponit & nimio ventris profluio, vni finiuisse scribit. Hoc ex Confessione Fran. cui David libelli maioris, cap. de crimi nationib; ubi hæc inter cætera: Athanasium hostem Arii in sensu in primis fæbilam de morte eius monstrata & omnium vitæ nimis quæ ejectione sparsit ex historiam circumstantijs liquet: cuius vnitatis p. illius publicam suspensionem in oia postea ora venerunt



ANTITHESIS.

Ariani suam innocentiam & persecutiones quas perpetuebantur ab orthodoxis, memoriae prodidēre, quis non dubitare incipiat de fide partis alterius, quae ferre non potuit, ut altera quoque pars à posteritate legeretur. Certè si vera sunt, quae pontificij hisce 50. annis de Luthero ac Evangelicis commenti sunt, nihil crit hoc hominum genere flagitiosius. At qui satis notum est quàm sint pudendae nugae, quas antichristi satellites aduersus suarum impietatum reprehensores impudenter confingunt. Cumque ferè ita usu veniat, ut peior pars vi ac calumnijs obruat meliorem, quis nobis hunc metum eximet, ac si idem non acciderit Arianis, in quorum perniciem videmus pontificios, Lutheranos, Zwinglianos ac totum ferè orbem conspirare.



PERORATIO.

EN quantis salebris scateat dogma trinitatis, quod tanto cum applausu omnium excipitur, in quo defendendo Evangelici ac Romanenses summa cum armorum ac voluntatum consensione vigilant. En quam foecunda sit trinitas omni genere monstruosissimarum vocum, phrasium, contradictionum, quibus incomprehensibilis ac tremenda dei maiestas profanorum hominum ludibriis exponitur, omniq; sua dignitate qua pollere apud homines debebat, spoliatur. Quamdiu igitur pro hoc pontificio Deo pugnabitis? quamdiu iisdem quibus Antichristus armis eundem cum ipso Deum ac Christum tueri sustinebitis? Vos alloquor (nam Romanensium



PERORATIO.

nensium plaga est incurabilis) qui  
 antichristi idolomaniam perspice  
 re coepistis, & religionem non è  
 Conciliis & patribus, sed sanctissi  
 mo dei verbo docendam iudica  
 stis? Quamdiu in ipsa arce religio  
 nis, antichristi fraudes & apostasiã  
 non animaduertitis? Quousq; ma  
 nus ac pedes, antichristi vinculis  
 extricare studetis, ipsum verò ca  
 put ac ceruicẽ durissimo eius iu  
 go submittere nõ desinitis? Quan  
 do tandem aliquando abiecto  
 gladio magistratus ac brachio sæ  
 culari, quibus pugnare solet anti  
 christus, prouocabitis aduersari  
 os ad pugnam armaq; spiritualia,  
 quibus solis Christus Sathanam  
 prostravit, quæ sola vobis porri  
 guntur à Christo & Apostolis, nec  
 sunt alia ad hæreticos iugulandos  
 efficaciora

PERORATIO.

efficaciora. Videte igitur etiam at  
 que etiam, quid tandem deo iudi  
 ci respondebitis, si in grauissimo  
 religionis articulo, non alia quam  
 hætenus arma expedire pergatis.  
 Neque enim is, de cuius gloria a  
 gitur, quæq; per vos minus lucet,  
 ad tantam confusionem diutius  
 tacebit.

*Stolidus non conuenit insignia Regia;  
 Hic locus fuit Math. 13. Alianos. Idyma lvd. Prunda.*

*Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod  
 accipiens homo seminat in agro suo: quod minimum  
 quidem est omnium seminum, quum autem excreue  
 rit, maximum est olerum, & fit arbor, adeo ut ve  
 niant volucres caeli & nidulentur in ramis eius.*


Marci 4.

*Ita est regnum caelorum, ut si quispiam iaciat se  
 men in terram, & dormiat, & semen germinet &  
 assurgat, eo nesciente. Sponte enim terra fructum  
 fert, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum  
 frumentum in spica.*

*Salore non  
 deest Athionum.*




31/1



*Est*, Maledictus qui contradicit dubitante  
conscientia. *Christo* *Uoluntati*  
*Ariani* *Contradicit*. *Imo* *quoniam* *Jesus* *de* *bit* *est*;  
*Urum* *et* *Coelorum* *Deo* *Patrem* *Deum*; *et* *Ab* *Ab*  
*Ego* *omnis* *Ariani* *et* *maledictus*, *vel* *verissima*

Excusum anno post incarnatio-  
nem filii Dei, M. D. XXCV:  
sub finem annorum M. CC. LX.  
quibus Ecclesia, iuxta prædictio-  
nem angeli, Apoc. 12. 7 6. latere  
debut in solitudine.

*nihil ibi de Ariano*



Censura Unitarianorum

Veterum Patrum Auctoritati, et eorum  
operibus nihil detrahimus, eorumque  
Scripta libenter legimus, dum modo  
eorum *Veritas* *et* *Auctoritas* *tantis*,  
per se non fidimus, qui eorum *Veritate*  
et nos *met* *pro* *pro* *sub* *mittimus*,  
ita quidem ut quaecumque ab eis  
dicta, vel scripta sunt: nolimus velimus  
seu sint vera seu non, - necessario crede-  
mus, sed ea dumtaxat admittimus, et  
approbamus, quae cum Scriptura Sacra,  
et ratione recta congruunt.